UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Aphrodisio Presbytero. 230.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

auaritiam pugnat. Cùm autem hîc quoque vulnus accepit, per inuidiam inſidias parat. Quòd ſi hæc etiam aliquē ſuperaſſe conſpiciat, amicos armat. Quòd ſi horum quoque impetus ſuſtinuerit, famulos ad bellum inſtruit. Quòd ſi ne ab his quidem ſuperatus ſit, contemptionem ac ſegnitiem immittit. Quòd ſi hanc quoque fregerit, hoc ipſi in animum inducit, vt acceptarū iniuriarum memoriam retineat. Quid autem omnia improbi illius tela recenſere aggredior? Quare hæc miſſa faciam, illúdque fortitudinem tuam admonebo, vt omni ex parte oculatam ſe præbeat: quandoquidē omni quoque ex parte hoſtis eam impetit, atque in ipſa vitalia iaculatur.

μὲν γὰρ διὰ σωφροσύνης ἡττηθῇ, διὰ φιλοχρηματίας πολεμεῖ. εἰ δὲ κἀνταῦθα τρωθείη, διὰ βασκανίας ἐπιβουλεύει. εἰ δὲ καὶ τούτων τινὰ ἴδῃ περιγινόμενον, τοὺς φίλους ἐξοπλίζει. εἰ δὲ καὶ τὰς τούτων προσβολὰς ὑπομείνειε, τοὺς οἰκέτας ἐκπολεμεῖ. ὅταν δὲ ὑπὸ μηδὲ τούτων ἁλῷ, ὀλιγωρίαν ἐντίκτει. εἰ δὲ ταύτης περιείη, μνησικακίαν ἐνίησι. καὶ τί πειρῶμαι πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ φράσαι; διὸ ταῦτα μὲν παρήσω, ἐκεῖνο δὲ παραινέσαιμι τῇ σῇ ἀνδρείᾳ πάντοθεν ὀμματοῦν ἑαυτήν, ὡς πάντοθεν τοῦ πολεμίου βάλλοντος, καὶ εἰς τὰ καίρια μάλιστα ἀκοντίζοντος.

Leontio Magiſtriano. 229.

Illud in te minimè probo, quòd Zoſimum ſpecie tenus presbyterum, vrbis piaculum, Eccleſiæ labem, libertatis probrū, eorúmque, qui cum ipſo conſuetudinem habent, peſtem & perniciem, ac denique nullo non fœdiſſimo nomine appelles. Et ſi enim ipſe talis eſt, ac linguā tamē tuam, quæ veritatis organum eſt, huiuſmodi ſermonibus contaminari minimè conuenit. Quamobrem tibi ipſi cōtumeliam inferre deſine. Quamuis enim vera ſint, quæ abs te dicuntur, nec quiſquam eſt, qui te mendacij inſimulare queat: tamen, quin vir probus ac moderatus ſis, multiſque virtutibus floreas, patientiæ quoque ornamento geſtire te atque gloriari æquum fuerit.

Λεοντίῳ μαγιστριανῷ. σκθ.

Οὐκ ἀποδέχομαί σε, ἄγος πόλεως, καὶ κηλῖδα ἐκκλησίας, καὶ ὕβριν ἐλευθερίας, καὶ τῶν συνόντων ὀλετῆρα· καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν αἰσχίστων, Ζώσιμον τὸν δοκοῦντα πρεσβύτερον, ἀποκαλοῦντα. εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς τοιοῦτός ἐστιν, ἀλλὰ σὴν γλῶτταν, καὶ ὄργανον ἀληθείας τυγχάνουσαν, οὐ χρὴ τούτοις καταῤῥυπαίνεσθαι τοῖς λόγοις. παῦσαι τοίνυν σαυτὸν ὑβρίζων. εἰ γὰρ καὶ ἀληθῆ τὰ λεγόμενα, καὶ οὐδεὶς ὡς ψευδομένῳ ἐπισκήψειεν, ἀλλά σε κόσμιον ὄντα ἄνδρα, καὶ πολλαῖς ἀρεταῖς κομῶντα, καὶ τὸ τῆς ἀνεξικακίας δίκαιον ἂν εἴη ἐναβρύνειν ἐγκαλλώπισμα.

Aphrodiſio Presbytero. 230.

Commodè quidē atque opportunè, ea, quæ ſcripſiſti, abs te aduerſus eos dicerentur, qui tibi contumeliam intulerunt, niſi ipſi ſeſe peccaſſe confiterentur. Confitentibus autem ipſis, intempeſtiua iam harū rerum memoria eſt: quippe quæ iam temporis ope atque auxilio deſtituta ſit.

Ἀφροδισίῳ πρεσβυτέρῳ. σλ.

Καιρίως ἂν τὰ γραφέντα παρὰ σοῦ ἐλέγετο τοῖς εἰς σὲ πεπαρῳνηκόσιν, εἴ γε μὴ ὡμολόγουν ἐσφάλθαι. ὁμολογούντων δὲ ἄωρος τούτων ἡ μνήμη τῆς ἀπὸ τοῦ καιροῦ συμμαχίας ἀμοιροῦσα.

Antiocho. 231.

Quidnam cauſæ eſt, inquis, quamobrem

Ἀντιόχῳ. σλα.

Τίνος ἕνεκεν, ἔφης, εἶπεν ἡ τῆς ἡμερό-